

DISSERTATIO VIGESIMA TERTIA
DE
RUDOLPHO HABSBURGICO, AVSTRI-
ACORVM PRIMO.

RESPONDENTE
IVSTO HENRICO von Bloch
HANNOVERANO.

§. I. Rudolphi progenies & possessiones. §. II. Statura & mores. §. III. Educatio in aula Friderici II. & Vaticinium de eo. §. IV. in terras post mortem patris reuersus, nubit, equestri dignitate donatur. §. V. Cum Barone Tieffensteinio, Lauffenbergiis, Kiburgensi & Basileensibus bellum gerit. §. VI. In aulam Ottocari, R. Bohemie se confert. §. VII. Argentoratenses Rudolphum militiae Ducem faciunt. §. VIII. Fit Tigurinorum praefectus militiae. §. IX. Bellum gerit cum episcopo Basileensi. Rudolphus inuentor nauium solutilium. §. X. Francofurti eligitur in Imp. §. XI. coronatur Aquisgrani: filia Rudolphi quibusdam Principibus nuptum collocantur: Fridericus Zolleranus, fit Burggravius Noriberge, Meinhardus Dux Carinthiae. Comitatus Francofurti 1274. §. XII. Gregorius X. Papa in concilio Lugdunensi Rudolphi electionem confirmat. Rudolphi varia negotia cum Papa: Rudolphus excommunicatur. Exarchatum aliasque vrbes Papa cedit. Papa duos Hetruscis Reges vult constituere. §. XIII. Ottocarus Bohemiae Rex & Henricus Bauariae Dux Rudolpho contradicunt: ipsi ad Comitatus Noriberge & Herbitoli indicta euocantur. §. XIV. Euocantur isti ad Comitatus Augustana a. 1275. §. XV. Caesar cum Eberhardo VVurtembergico, Marchionibus Badensibus, Comitibus Sueviae, & Henrico Bauaro bellum gerit. §. XVI. Initium belli cum Ottocaro, quod tamen statim componitur. §. XVII. Ottocarus in Camberga, Danubii insula inuestitur. §. XVIII. Bellum cum Ottocaro restauratur: praelium prope Viennam, mors Ottocari, pax cum VVenoeslao eius filio. §. XIX. Caesar res Austriae etque Stiriae ordinat, Henricum Bauarum & Comitem Sabaudiae ad obsequium reducit. §. XX. Rudolphus Albertum filium Austriae constituit vicarium, diuersa latronum castra diruit, pacem inier ciuitates firmat. §. XXI. In Comitibus Augustanis de anno 1283. Albertus & Rudolphus de Austria inuestiuntur: multa dissidia componuntur. §. XXII. Caesar Ciuitates Rheni & Columbarienses in obsequio firmat. §. XXIII. Bellum cum Eberhardo VVurtembergico. §. XXIV. B. cum Abbate S. Galli, Pseudo Fridericum profligat. §. XXV. Cura Friderici in Burgundiam & bellum Burgundicum. §. XXVI. Martinus V. & Honorius IV. decimas frustra petunt a Germanis. §. XXVII. circa pacem publicam sollicitus Rudolphus, hanc in diuersis Comitibus statuit. Au Germanicam linguam in publico introduxerit. §. XXVIII. Imp. Varias Imperii dignitates concedit, atque controuersias inter illustres componit. §. XXIX. Negotia Rudolphi Italica. §. XXX. Rudolphus Albertum filium commendat successorem & moritur. §. XXXI. vxores & liberi. §. XXXII. Fabula Hamelensis.

§. I.



Initur demum Interregnum per Rudolphum Habsburgicum. Hic ex antiqua Comitum Habsburgicorum progenie, qui stirpem suam ab Altenburgi Comitibus * traxisse dicuntur, prognatus, lucem adspexit Kl. Maii 1218. ** patre Alberto

Y y y y

berto